

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema CXIV.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

X
THEMA CXIV. VĒT. TEST.

363

Sic Hamanum olim venerabantur, Est. 3.v.2 Mardochai
vero non. Sic peccat Iosaphat nos odio habens Achabū,
2. Paral. 19 v.2. Sobrie hæc intelligenda, ut non fiat ali-
quid ex affectu. Nec misceatur priuata causa, cum causa
Dei. Zelus enim pius & prudens esse debet, non affectus
priuatus.

F I N I S.

THEMA XCIII.

Syr. 10.v.9.

Quid superbit terra & ciuiis?

Dispositionem huius Thematis vide supra in I. parte
Promptuarii, in appendice Classis VI. Num. XXXI. Pag.
na 526.

THEMA CXIV.

Syr. 11.v.14.

*A Deo sunt omnia, bona & mala, vita & mors, pau-
pertas & diuitie.*

D I S P O S I T I O.

Erant circa annum Christi 280 hæretici, ab authore
Manete dicti Manichæi (cui hæresi Augustinus ille, lu-
men patrum, ante conuerzionem addiscens erat) qui in-
ter alia hoc etiam statuebant, duo esse æterna principia,
vel proprie dicendo, duos Deos, unum bonum, alterum
malum. A bono esse omnia bona A malo omnia mala.

Huic Manichæorum opinioni repugnat præsens di-
ctum Syracidis. Quamuis aurem, per Dei gratiam Mani-
chæorum veterum hæresis extincta sit: videtur tamen
incursum ratione humanæ illa hæresis (quantum ad ini-
tium boni & mali attinet) verior quam ipsa Syracidis
sententia. Quodcumque enim malum sentimus, illud o-
mne Diabolo, tanquam malo principio adscribimus.

Etsi rationem consulamus de hoc pronuntiato sapi-
tis

ris, illa sic distingue re iubebit: Bonū (vel, ut Ger. 1. ver. 10 habet, Glück) vitam & diuitias a Deo, malum (vel Nihil?) mortem & paupertatem a Diabolo proueniire.

Erit itaque hic locus pro te nobis excutiendus.

Primum autem considerabimus, quomodo dicatur bonum & malum esse à Domino, & quomodo ea, quae hic in specie recessentur, sint à Domino, bona & mala.

Deinde quis vsus huius loci sit, ostendemus,

I. Pars.

I. In genere verum est, omnia à Deo creata valde bona. Gen. 1. v. 31. Et à Deo omne bonum. Jac. 1. v. 1. 7. Neq; de hoc cuiquam est dubium: quia Deus est summum bonū. Hoc autē mirum, quod illi etiam tribuitur malū, Amos 3. v. 6. Non est malum in ciuitate, quod non fecit Dominus. Thr. 3. v. 38. Quis est, qui dicit ab ore altissimi noa egredi bona & mala; Imo sic ipse Dominus Esa. 45. v. 7. Ego Deus creans lucem & faciens tenebras, faciens pacem & creans malum. Hoc sic intelligendum;

Duplex est malum. Aliud malum est peccatum, vbi male fit vel à Diabolo vel hominib. [Illi vocant Theologī malum culpa.] Huius mali Deus non est autor, nec promotor, sed edit & punit illud. Psal. 5. v. 5. 6.

[Id omne malum à Diabolo habet suum initium.

Et quia homines consentiunt illi, ipsi quoque male agunt.

Et deinde aliud malum, quod sequitur prius malum, de quo diximus, videlicet peccatum) quo punitur id in hominibus, quod malum est. [Id Theologī vocant malum pena.]

Huius mali authorē est Dominus. Et de tali malo pœna loquuntur, non super allegata tantum dicta scripturae, sed & leuentia, Ierem. 4. ver. 6. Ego adduco malum. Ierem. 1. 8. v. 8. pœnitabit me mali, Idem. Ierem. 6. v. 9. & 11. v. 11. 17. 13. & 18. v. 11. &c. [Id: oque in germ semper est Vngastick, vbi in latino malum.]

II. Quomodo Deus author mali, vide Augu^o. contra Adi-

Adimantum Manichæum, Cap. 27. Tom. 6. pag. 119; Et contra aduersarium Legis & Prophetarum, Lib. 1. cap 32. Tom. cod. pag 405. excep. Basilens.

2. Sic autem August. Malum, quod facit Deus, non peccatum, sed pena intelligenda est. Dupliciter malum dicitur: unum, quod homo facit, alterum quod patitur, pena. Ita ergo Deus male facit, quod non ipsi Deo malum est, sed eis in quos vindicat.

3. Item dicitur Deus creare mala, quoniam peccatum ea conuerit in malum dispositione seueritatis suæ, quia bonitatis eius largitatem bona facta sunt.

II. Hinc in specie iam videre licet, quo sensu dicatur esse à Deo, Sicut vnde Magist. In verbis praelectis.

1. Prospera fortuna à Deo singularis beneficii loco est. Aduersa autem quoque à Deo propter peccatum: vel ut id puniatur, sicut plurima loca Hieremias docent: vel ut mortificetur in nobis, Jer. 46. v. vlt.

2. Vita à Deo, qui fecit hominem animam viventem. Gen. 2. v. 7 & adhuc in utero format, Psal. 139. v. 14. sic vitam & bonitatem confert, Job. 10. v. 12.

Mors similiter à Deo. Non quatenus illa mala perse est. Sic enim non creavit mortem, Sap. 1. v. 13. & 2. v. 24.

At quatenus pena & flipendum peccati est, Rom. 6. v. 23. à Deo. Quia Adamo dixit, Morieris, si inobedies fuoris, Gen. 2. v. 17.

5. Diuitiae à Deo, in cuius manu sunt omnes thesauri mundi. Hic ditauit Abrahamum, Gen. 24. v. 35. Paupertas quoque à Deo (cui facilium ditare pauperem, Syr. 11. v. 23.) ut sic in officio suos continat, ne accidat illis id Prover. 30. v. 9. aut ut sic puniat, qui gloriantur in diuitiis, aut illis abutuntur.

Is fecit Lazarum pauperem, ut discat esse pius & paciens.

II. VSVS.

Multiplicem hæc, quæ diximus, usum habent.

1. Dicamus hinc æque animo bona & mala suscipere.

pere à Domino. Quia si bona suscepimus, mala cur nos
iustinca mus? Hiob. 2. v. 10. Agamus gratias pro bonis.
Quia illa ex mera gratia possidemus. Non ex nobis, aut
vlo nostro merito, cum simus servi iniuriales, Luc. 17. vers.
10. adeoque præter infernum nihil nobis debeatur.

Mala etiam grata animo suscipiamus, vt fatecamur, nos
maiora mala promeruisse. Et bona hæc esse, vt discamus
iustificationes Domini, Psal. 119. v. 71. ne pereamus cum
mundo, 1. Cor. 11. vers. 32. ne erreremus. Psal. 119. v. 67 Jer.
31. v. 19. & ne videamur nobis innocentes Hier. 3. o. v. 11.

11. Cum Deus imimitit mala, non respiciendum tan-
tum ad causas secundas, vel ad Diabolum, aut homines,
aut alia, quibus Deus tanquam instrumentis vtitur: sed
ad principalissimam causam, vnde hæc omnia sunt. Alio-
quin similes sumus canibus, qui vbi lapide percussi sunt,
ad lapidem, non ad persecutentem, scse conuertunt.

Monent autem sapiens, & loca, supra ex Amos, & Esaiā
citata nihil nobis posse accidere mali, vel Diaboli, vel ho-
minum machinationibus, nisi Deo permittente, & termi-
num constitente: vel vt puniat, vel vt castiget.

Testatur id omnis historia afflicti Hiobi, Cap. 1. & 2.

Peccant itaque grauissime, qui cum vel ipsi, vel liberi-
tægrotant, vel etiam pecudes male affliguntur, omnem
culpam aut in Diabolum, aut in instrumenta illius, etiam
(quod communissimum) in lamias, striges & venefi-
cas coniiciunt. Ideoque ad incantatores confugunt, &
his malis remedium ab instrumentis Diaboli petunt. At
non dicit Job: Dominus quidem dedit, sed Diabolus
abstulit: sed Dominus abstulit. Daudí de Semei male,
dicente dicit, Dominus iussit, 2. Samuel. 16. v. 11.

quia id permisit Deus. Dicendum ergo id,
Hof. 6. v. 18. Reuertamur ad Do-
minus, &c.

F I N I S.

THE